

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Appologetica declaratio Wymphelingij in libellum suum de integritate

Wimpfeling, Jakob

[Straßburg], [ca. 1505]

VD16 W 3342

[urn:nbn:de:bsz:31-373557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-373557)

42

A 1805



Pe 2318 ○

RH

42 A 1805

1941 n. 929

Pl. 2318

42 A 1805



Appologetica declaratio
wymphelingij in libellum suū
de integritate: de eo. An sanc-
tus Augustinus fuerit mona-
chus. Cum epistolio Thome
Bolphiij iunioris.
Keylerspergij epistola elegā-
tissima de modo predicandi
passionem domini.
Orō wymphelingij metrica.]

F. 150 5 J

Thomas Volphius Junior Decretorum
Doctor Iacobo wymphelingo Theologo .S.D.

Mirari satis non possum wymphelinge amicissime. quos
rundam monachorū audaciam qui te veluti hereticū cri
minari contendunt: q̄ in tuo de integritate Libello: que
dam in medium adducis: quibus consicere suspicariq̄ li
cet diuū Augustinum: nec cuculla indutū: nec p̄fessione
fuisse monachū. q̄d ē: cur id genus hoīm tātope debachē
īfaniat: sequiat: excādescat: minas iculcet celū clamet & ma
ria. q̄d obsecro hęc faciūt ad fidei nr̄e religioisq̄ xp̄ianę tu
tamē: nec ideo sanctiores etate nr̄a sunt monachi: q̄ augu
stin⁹ monachus fuerit: nec rursus deteriores: si nō fuerit.
Si em̄ mōachi pp̄t̄ augustinū sūt honorabiles. nos q̄ secu
lares sacerdotes vocamur merito hōratiores sumus pp̄t̄
xp̄m & petrū. Ad augustinū redeo: cuius libri ab eruditīs
nō laudant nec ideo expetunt q̄ fuerit ul' nō fuerit mona
chus. verē ob id unū pbant: q̄ eis mltiugis doctrīa inest
q̄ variarū rerū eruditioe resplēdēt: q̄ sumā eloquētia. sum
mo dicēdi nitore splēdescūt Platonē nō cōmēdat q̄ athe
niēsis fuerit: sed q̄ publicū sapiētīę munus illuxerit: sic &
ip̄m augusti. aut aliū quēpiā ex cohorte sanctorū hoīm
ip̄a cuculla aut vile palliū nō cōmēdat: nec venerabilē red
dit: sed boni mores: vita casta & itēgra: vita sine crimine
sine sorde sine macula. cur igit̄ in te viz optimū ob hęc le
uā dētes acuūt minaces illos & truculētos: Esto: vocēt te
in ius: tentēt romę iniuriarū actionē: Pontifex maxius &
romani iu dices cā cognita in risum soluent: q̄n̄ intelligēt
ita ap̄d nos ociosos esse mōachos ut ul' sola augu. cuculla
possit illos ad mille lites & mille certamīa puocare. Vale
ant q̄ de te male sentiūt: valeāt q̄ de cuculla augustini ma
gis q̄ de ip̄o augustino sunt solliciti: Crede mihi nemo te
unquā impune leserit: Habes tot amicos. tot egregios di
scipulos & eruditioe & etate & diuitijs florentes. q̄ te neq̄



dum viuū & in humanis nūc inoētissime agentē sed &
vita defunctū. scriptis suis luculētissimis si opus fuerit de
fendēt tutabūturq;. Tu foelix esto: virulētorū morsus nō
te cōturbēt: sed fac q̄d facis: deū dilige: Argētinae cursim
ex gēdibus nostris Pridie kalēn, Augusti Anno; M, D, V.

Apologetica declaratio wym phelingij in libellū suū;
de Integritate; An. S. Augustinus fuerit monachus



Orididissimā purissimāq;

dei matrem in originali macula conceptā opī
nātes / sustinet & fouet ecclesia / nec eos q̄ con
trarium pie sentiunt in hunc usq; diem damna
uit: adeo sacrosanctę sedi apostolicę utraq; opi
nio tolerabilis visa est / Et qui in maximā ecclesiastici sta
tus perniciem fallacissime scripserūt: atq; heu impressum
iri curauerūt / decimas ab eis qui p̄gelatis dare astringun
tur / passim ut lubet: in pios usus prestari cōuertiq; posse:
nosq; nescire: deus ne an cacademō decem precepta sanx
erit: scortumq; centū sese monachis sacrilege substernens
longe minus peccare / quam si vni soli coniugato pareat:
Hi in quā impune absq; odio & infamia triumphant: Ego
vero cum nuper ingeniosum & nobilem adolescentem /
ad castitatē & sacre pagine studium incitatus / neq; con
tra fidem / neq; contra bonos mores: sed pro cristiane reli
gionis amplificatiōe sincerissime scripsissem Augustinū
illustrem episcopum non monachū (precipue non men
dicantem) fuisse: nonnullis venerandis fratribus humes
rus a iunctura cecidit qui ut audio circumstrepunt / con
ueniunt / murmurant / chartas reuoluunt: arma querunt
minis terrent / probris afficiūt / Contra quos graue est mi
hi & soli p̄serum seni ac multis infirmitatibus obruto ini
re certamen / O si dar etur Augustino patrono meo red
A ij

re in has miserasterras; ille mihi contra tot ordinum in-
Introducitur
augustinus
loquens.
Ixxxii. di.
legitur.

meros fratres / solus opem ferre posset / Dicitur ad illos
ipsum arbitror Monachus non fui: presertim non similis
vestrum / nec vos similes mei / Ingeniū / mores / studium /
Vita: & omnis conuersatio longe discrepant Ego post in-
gressum religionis scilicet cristiane; id est postquam tris-
cesimo Anno baptisatus: Cuculla id est veste illa que fas-
cro fonte iam renatis imponitur Indutus sum / Mundum
delicias & opes contemnere cepi / frugalitatē dilexi / here-
siarchas vici / Foemina intra domū meam nulla penitus
unquam cōuersata est / Nec germana quidem foror / nec
patruī / aut patris filie / Non quod de sorore & neptibus me-
cum cōmorantibus ulla nasci potuerit mali suspitio. Sed
quoniam ille sine alijs feminis esse non poterant / quin ad
eas alie a foris intrarent / de quibus offendiculū aut scan-
dalū infirmioribus nasci potuisset / Sic diceret (ut reor) Au-
gustinus quem cur a monachatu liberū scripserim id cau-
se est. Consideraui nempe cum dolore theologie studiū

Theologie
studiū lan-
guet etiā
apud non-
nullos mo-
nachos qui
in obscenif-
simis poe-
tis dlectā

etate nostra refriguisse / nō solum apud seculares / verum
etiā apud monachos & fratres / quod & duo prestan-
tes duorum ordinum prouinciales / & nōnulli quoque sa-
crarum litterarū magistri religiosi / apud me grauiter las-
mentati sunt / Immo ego ipse vidi in quodam gymnasio
multos diuersorum ordinū: etiā mendicantiū fratres /
publicas frequentasse lectiones: Tum spurcissimorū poe-
tarum: Tum quarundam decretaliū / que potius ad que-
stum / ad lites / ad prebendas / mercaturam / ac prophanas
causas / quam ad deuotionem & vitam contemplatiuam
famulantur: Ex omnibus his fratribus unum solum heu
vidi diuine sapientie palestram visitasse / quid si dicerem
a medicāte suo in zenobio instituta publicitus esse lecta:
Et si sunt: vel seculares vel religiosi / qui sacras litteras les-
gunt / quandoque affectione in doctrinam alicuius priuata
quādoque amore in ordinē suum, ducunt adeo ut qui scō-

De zeloti-
pia quorū-
dam theo-
logorum.

rum diligunt / thome scripta reiciāt / q̄ thomā colūt / scoti
& suorum sententias pro nihilo ducāt / Corripiebat pau-
lus Corinthios inter se contententes / & ex baptistarum
suorum primatu & preminētia gloriantes / cum dicerēt,
Ego sum pauli ; Ego aut̄ appollo : Ego vero cephe : Ego
autem cristi : Si paulus rediret / Nonne dicere posset / Cur
ita boni theologi dissentitis : Cur ille se scotistam / cur ille
thomistam gloriatur : Nōne una & eadem est theologia /
Nonne idem auctor / idem obiectū / idem finis theologie
cristus : Vtebatur Conradus Sommerhardus theologus
secularis absolutissim⁹ isto dictorio / quo dicere solebat ec-
clesiam turbari / rationibus S. thome / formalitatibus sco-
ti / & cōnotaciōibus occam. Diceret (credo) diuinus Pau-
lus. Vbi pax & charitas foueri debuerat illic (ut video)
sunt scysmata : sunt faciōes. sūt bella fere intestina. quis
prohibet hunc uel illum theologum peculiariter obserua-
ri sed non usq̄ ad diuisionē animorum. ad lites. ad discor-
diam. ad simultatē : Referunt multi fide dignissimi viri :
& luce meridiana clarius est : huiuscemodi professionū di-
uersitatem inuidie & odij fomitem ministrasse : ut contra
pbatissimū cōsūmatissimūq̄ theologū Georgiū zingel
libelli olim famosi spargerentur. Has ego faciōes & per-
niciosissimas in gymnasijs altricationes si non prorsus ex-
tingui aliqua saltem ex parte diminui posse sperabam /
Si nunc ammodo sacratissima illustrissimi principis Au-
gustini volumina legerentur / que ex Ioannis Ammorba-
chij officina statim (si deus uolet) sceliciter prodibunt / Ex
quibus cognoscent lectores thomā & scotum magnam
suorum librorū partem abstraxisse / Immo ut bonauen-
ture uerbis utar / pauca aut nulla ponūt theologi in libris
suis / quin illa reperias in libris augustini / Quis em̄ meli-
us naturam temporis / & materie describit / quā augusti-
nus ; in libris cōfessionū / Quis melius exitus formarū &
propaginem rerum quā augustinus super genesis ad lic
A iij

i. Corin. i.

Conradus
Sommerhar-
dus.

Georgius
zyngel.

teram: Quis melius scripsit de deo / quam augustinus in libro de trinitate; Quis melius de anima quam augustinus in libris de anime quantitate & immortalitate; Quis melius naturam creationis mundi quam augustinus de ciuitate dei. Cuius nobilissimos & prestantissimos christianeque fidei utilissimos libros speraueram studiosius decepto lectum iri / ab uniuersis sacrarum litterarum amatoribus: si illustris & christianus episcopus / non obscurus huius vel illius ordinis fratricellus fuisse crederetur: Seculares eum credideram veneraturos / quorum nonnulli pro dolor sententias religiosorum non magnipendunt / Cuiuslibet ordinis fratres saltem studiosos putabam illum lecturos / neque aspernaturos / quod non ex cuiuslibet ordine fuisset Nam reuera doleo scripta cuiuspiam ex uno ordine / ab alijs alterius religionis fratribus minoris estimari / Bono itaque zelo ad fidei christianae robur: non ad cuiuscunque ordinis contemptum illustrissimum principem / Augustinum / episcopum scripsi / non monachum (praesertim non mendicantem) qualis neque unquam fuit: Afferantur contra me mille testimonia / si fratrum sunt aut monachorum: illa mihi inspecta tamquam domestica: & ex propria gloriae ambitu prodeuntia / dicturus sum. Si ipsius met augustini esse emulii contendunt: non mihi persuadebunt eos libros aug. esse / nisi a monachis auctos / ne dicam deprauatos. Quis enim crederet Augustinum tantae fuisse uanitatis / aut letargiae / ut de seipso suum in confessionum libris monachatum predicare vel erubuerit vel oblitus sit / qui alioquin omnia dicta & facta sua in eisdem amplissime explicauit: Quantum ad uisitam conuersationem & statum augustini attinet / ego libris confessionum suarum maiorem fidem & auctoritatem existimo tribuendam / quam multis sermonibus / epistolis homelijs / que illius esse dicuntur / cum reuera non sint: Legi ego ipse in antiquissimis cuiusdam bibliothecae libris / diuersas Omelias / & tractatulos / Augustino inscriptos / &

Cōfutatō
p̄tensōꝝ
testimoni/
orum .

in alijs paulo post aliorum locorum bibliotecis eisdem
per omnia nullo verbo mutato vidi habere superscriptio-
nem / vel hieronimi / vel leonis / vel Rabani / vel aliorum / Et
librum de vera & falsa pnia Augustini esse multi prestantissi-
mi inficias eunt: Quonia illic Augustinus citatur: quavis
illum gratianus ascripserit Augustino / Sermo ad he-
remitas non esse illius nostri Augustini in plerisque locis evi-
denter ostendi potest, Vt de alijs innumeris nunc taceam /
Pudet me de splendore & patre eloquentie Augustino
predicari quod ipse Barbaris illis vocabulis: qualia sunt ver-
bum chorifare / & nomen bursarius usus sit / que in sermo-
nibus illis reperiuntur / Decem annorum puer hodie ni-
tidius loqueretur, Quid dicam de argumento de aceris-
mis inuectiuis contra genium / & morem pietissimi man-
suetissimiq; patris aug. quod deturpi & rustica sententia: pro-
feram vel unum absurdum & foetidum locum in sermo-
ne de coena domini / Vbi ad iudam loquens introducit
Augustinus his verbis. Nunquid matrem cum qua con-
cubueras a paraisi liberavit? sicut hoc in re ipsa apocri-
sum: Ita in stilo ineptum & insulsum. Si utique urbanissimus
Augustinus ignominiosissimum hunc iudaeum incestum / de ipso
scribere voluisset / honestioribus nimirum verbis & mo-
destiore periphrasi uteretur: Quis unquam vel paucas le-
git historias crederet boecij esse illud opus / quod & scolarium
potius quam scolasticorum disciplina inscribit: Neque enim stilus
quadrat: nec argumentum in quo parisiensi sit mencio gym-
nasij / & id tamen post boecij mortem qui etate Theodo-
rici gothorum regis vixit primum fuit erectum atque institutum
Et libellus cui cathortulus / teste laurentio valla elegan-
tissimus qui pueris traditur Lucani mentionem habet / Cum
utrumque Catho longe ante Lucanum vivis excesserit / Verissi-
mile est horum opusculorum scriptores ut maioris essent au-
ctoritatis & avidius legerentur alienos a preclaris aucto-
ribus titulos mendicasse: Itidem de sermonibus ad heres

Sermo
ad heremitas
non esse
Augusti.

de discipulis
na scolarium
non esse boecij.

mitas iudicamus qui ut in maiori sint precio / quisquis est
 qui edidit Augustino humiliter deferre maluit (atq; ideo
 matris sue monice memoriā facit) Q; q; sub proprio ti-
 tulo minus legerentur; Sentit nobiscum Pycus Myran-
 dulāus li. i. cōtra astrologos & Alludit ad hanc n̄am sen-
 tentiam summus amicus noster Ioannes Tritemius spā
 hemensis abbas / in eo libro quem de scriptoribus ecclesi-
 asticis elegantissime excudit : In quo plurimos libros
 Augustini fuisse inficiatur / licet eius nomine insigniti
 sint / suam tamen facundiam minime redolere videntur
 Quomodo enā barbare & inconcinne scribere potuit /
 quem eloquentissimum rethorice magistrum fuisse li-
 quido cōstat; Et quamuis monachū habitus nō efficiat
 annuamus augustinū cuculla olim (suscepto scilicet bap-
 tismo) fuisse indutum : Sicut nunc cuculla vestis est mo-
 nachos a secularibus distinguēs : Ita tunc vestem aliquā
 siue capitis amiculū aut operculū augustino tradiderunt
 Rhabanus Qua ipse fidelis tiro; ab infidelibus secerneretur . sicut
 & pueris sacro iā fonte renatis ut Rhabanus ait ; & in ca-
 nonem translatum est tale aliquid imponi cōsuevit; Allu-
 dit Cassianus de institutis monasteriorū li. i. c. iij. Egip-
 tios afferens ad simplicitatē & innocentiam obseruandā cus-
 cullis perparuis quibus capita tegebātur usos fuisse ut ex
 ipsius velaminis imitatione paruulorū simplicitatē & in-
 nocentiam custodire cōmonerentur. & in exodo .c. xxviii
 de tunica super humerali videtur apostilla consentire nec
 monachi fuerant tū hebreorū sacerdotes . Et legimus ma-
 tronam quandā extra omnem religionem facticiā huius-
 cemodi cucullā detulisse Deferebāt olim (ut audio) Scola-
 stici in gymnasijs apud insubres aut lygures vestem quā
 dam singularē / quod statutum uocabant / fere instar scas-
 pularis aut suppari; nec propterea religiosi aut monachi
 censeri vel appellari volebāt; Quod in tricesimo octauo
 meditationum suarū capite religionis ingressum / alti-

namque paupertatem augustinus commemorat / non id ad
facticiam & humanam sed ad cristianam religionem refe-
rendum est. hoc est postquam cristianam fidem sacrumque
baptisma suscepit: Est enim una sola vera religio cristi / de
qua omnes sumus / cuius beatus iacobus in si. primi me-
minit capituli: De qua noster Augustinus ad Romanianum
elegantissimum librum scripsit: Et de qua in fine octavi con-
fessionum libri clare commemorat vocas eam regulam fidei cri-
stiane. Cetero vero potius quodam ordines: quodam regule / aut mo-
di quidam viuendi a sanctis patribus instituti / siue relligi-
ones facticie tanquam ab hoibus facte / & a summis ponti-
ficibus confirmate (Anselmo: diuocum Gersoni qui multis
& magnis lamiis miraculis claret testibus) nuncupari me-
rentur Inspirasse sibi deum in eodem meditationum capite
refert augustinus / ut ipsum sequeretur cum cristianis / cum
pudicis / cum mundi contemptoribus / in cenaculo altissi-
me paupertatis / quam non solum etate nostra deuoti quor-
dam fratres ultro profitentur / Sed que dudum etiam flo-
rebat in cristianis nullius ordinis / aut facticie religionis a-
tenere adhuc & nascentis ecclesie primordio / in apostolis
inquam / in priscis patribus / in feruidis matronis / quando
nemo aliquid suum esse dicebat / quando erant illis omnia
comunia / quando agrorum precia ante apostolorum pedes
posuerant tanquam ab eis conculcanda / qualem etiam in com-
muni conuictum clemens omnibus qui deo irreprensibi-
liter militare cupiunt necessariam esse refert. ut habetur xij
q. i. & Urbanus talem vitam inter omnes cristianos & pre-
cipue inter clericos vigiuisse ibidem testatur. c. Scimus vos
& Augustinus noster ad clericos non ad monachos lo-
quens se de clericorum tabula deleturum minatur qui pro-
prium habiturus sit. e. non dicatis: & huiusmodi casti-
gandos pro presbyteri vel prepositi arbitrio narrat: Cois
ergo vita in qua diuus Augustinus vixit: monachum eum
fuisse non prebet satis validum argumentum sed verum &

Ansel. de
simili c. xci

Ioanes ger-
son claret
miraculis
apud lug-
dunum.

B

solidū plenūq; euāgelice caritatis xpianū d e mōstrat. Sili
pacto de cristiana & sola vera religioe/de q; trāquillo rex
terrenarum contemptu beatus loquitur Ambrosius de
baptismo augustini sic de ipso inquit augustinus/Diu
no tandem auxilio; xpi veram religionem amplexus est
Verum tamē simpliciano nostro probate sanctitatis viro
nō minores gracie agende sunt/a quo augustinus de relis
gioe beata felicit; vita instructus est:& paulopost;nouū in
cristi fide militem habemus/acerrimū contra gentiles ho
stem/ contra hereticos in uictissimū Imperatorē / Nouū
cristianū/nouis vestimentis cuculla nigra induimus:cin
gulo ex corio nos ipsi precinximus / Agamus gratias do
mino iesu cristo ingētes/qui religioni nostre(hoc est cris
tiane)talem ac tantum principem instituit: Quippe qui
paulo ante gentilis erat a nostra id est cristiana religione
segregatus / Et cur nam ambrosius aliā augustinus quā
cristianam/ac quam ipse per sese ut cristianus(monachus
enim non fuit) detulit vestem:tribuisset? Cuculla nanq;
in altera sui significatione habitus longus est & amplus
tunica est honesta / ab ipso pectore clausa/quā infra capu
tium collū ambiens & in tergo dependens/ ac supra scap
ulare multi religiosi patres induere consueuerūt. Qua
lem etiā seculares quosdā theologos: & alios prestans
tes viros. tum in gymnasijs, tum in alijs locis gesta
re certo scio / & sepe vidi / qui non propterea monachi
dici aut esse concupiscūt. Itaq; in cuculla (que casula vel
minor cella per ethimologiā fingitur) Augustino induta
vestis humilis & simplex pulli coloris exprimitur: Qua
tum nouus miles nouum hominem indutus esse cogno
sceretur/ Tum ex singulari admiratione maximoq; am
brosij gaudio/quo ipse/nimirum in augustini conuersi
one ad cristi fidem perfusus fuit/ q; homo secularis & tu
midus orator/ gloriosusq; philosophus / animo mutato
& religioe(cristi scilicet)assumpta;lam pro chlamide aut

Cuculla
cle.i.de sta
mo.

pro tra bea: vel alia quavis: cuiuscumq; nominis preciosa
veste: qua ante baptismū usus fuerat / humili & abiectio
humiliū cristianoꝝ vestimēto amicti / proq; auratis aut
argent eis vel sericis cingulis: vulgari & ex corio facta zo
na cingi non dedignaretur: Sicut & de diuo Gregorio pa
pa (quem ego in libellū de integritate inter seculares theo
logos nullatenus inserui) legimus: Qui solebat in sericis
procedere induuijs / post in abiectis vestibus seruit pau
per pauperibus: Siue ergo cucullā pro capitis tegmine ut
Cassianus & probatissimi grāmatici sumpserunt. Siue
pro tunica a pectore clausa accipitur. ut religiosi iam vo
cant non est consequens monachū fuisse Augustinum
Taceo q̄ ab hac nostra sententiā exactissimi historiāꝝ &
vite Augustini scriptores nequaquā dissentiunt: Eusebius
Possidonius: Anthonin⁹: Platina: Dominicus: Qui cū
multa de Augustino referāt (presertim anthonius & pos
sidonius qui uniuersam fere eius vitā descripserunt) eorū
tamen nullus monachum eū fuisse testatur: Quid mul
tis testibus opus est: Solus mihi Robertus holkot Cir
cumspēctissimus & irrefragabilis Theologus (qui & ip̄e
de sacrosancto predicatorū ordine fuit) inexpugnabile
testimoniū prebet: Augustinū euidentissime narrans: ca
nonicū fuisse: heremitā vero aut monachum fuisse nūquā
Legant deuoti fratres Robertum. a cuius purissimis soli
dissimilq; doctrinis auellere me nō poterunt Legant pre
stantissimū atq; diuinissimū Roberti cōmentariū in libꝝ
sapientiē Quī solus posset omnis homines ratione predi
tos eaq; utentes ad sacre pagine studium inflammare: Le
gant obsecro qui me errauisse latrant in lectiōe Roberti
nonagesima sexta capituli septimi quartam conclusionē
in qua nostre sententiē cōstanter & euidentissime asipu
latur. Legant Robertū: & videant zeli quoq; sui mag
nitudinē: is enim paulo ante locum iam iam recēsitū cla
rissime patefacit quinam religiosi ad diuine sapientiē stu
diū

B ij

xviij. q. p.
nitiosam
xviij. q. iij.
c. nullus d.
i. d. sta. mo

diūm pre ceteris sint idonei: Hi inquit: qui magis a mundi curis carnisq; delicijs abstracti sūt & alieni. Citatq; illic in testem Cōmentatorē in septimi phisicorum prologo referentē Castitas ceteraq; virtutes morales (quibus concupiscentie reprimūtur) precipue conducūt ad scientias speculatiuas adīpiscēdas: Quales esse debent religiosi & maxime pauperes: quorum tota cura sit per cōtinentiam abstinentiā & paupertatē resistere mundo. carnemq; domare. En quomodo sarracenus Mahometista studiosos quoslibet ad castitatem hortatur: Taceo de Roberto christiano. Qui (deo gratias) palam dicit Monachum non fuisse Augustinū: Deniq; vetera & noua lura: ipsiq; canones: Canonicos (etiā regulares) a monachis distinguunt: Et ipse Thomas in secūda secūde. q. c. lxxxix. Illos fecerunt. Et frequēter Canonici & monachi nexu vel copulāte vel distinguente (que inter diuersas res mediant) associantur / Cū igitur Augustinus canonicus fuerit / cōsequens est ipsum monachum non fuisse. Adde q; (ut in libello de Integritate argumētatus sum) In preconiū Augustini singulare dicitur: Quod testamentū nullum fecit: quia unde faceret non habuit. Si monachus fuit: aut etiā canonicus regularis: quales nostris temporibus habentur: Quomodo erit augustini singulare preconium cum ex voto ad hoc obligatus esset: Quis enim in laudē Cartusienis aut Canonici regularis / talismodi diceret obiit intestatus / quia nihil propriū habuit / nec habere debuit. Si autem laicus quispiam aut secularis sacerdos: Ita paupertatē adamauerit: aut viuens sua paupibus distribuerit / ut hinc decedēs nihil sibi superauerit: unde testamētum facere possit: hęc magne laudis res foret / quemadmodū legimus de patre archa Alexandrino / Ioanne Elemosinario / utiq; (ut arbitror) non monacho: qd tremissem (id est tres obulos) post se reliquerit: ut in eius narratur historia: Itaq; videt q; nō monachus fuit Augustinus / necq; canonicus huius gene

ris / qui tria nūc substantialia vouent: potuisse illum testa-
ri dicit / si voluisset / propriū ergo habuit de quo testari et:
quis em̄ de alieno disponere potest: ergo monachus non
fuit: qm̄ qui propriū habet: monachus nō est: nec animo
tam leui (ne dicam consciētia tam laxa) fuit Augustinus
ut super votis in assumpto monachatu semel emissis pos-
tea secum dispensatū iri cupiuerit. At si (quod absit quo-
niam res ipsa non patitur) cum monachus esset: impetra-
uit: vt propriū haberet: de q̄ testandi facultas ip̄i adempta
non esset. Cur igitur testamentū edidit nullum: ut histo-
riographi de eo canunt: Cur indulgeri sibi petijt: quo po-
stea nolebat uti. Porro si monachum pro solitario intelli-
gim⁹ / Veluti ysidor⁹ / Tortelli⁹ / perotr⁹ exponūt: Quid
cure est monachum talem id est solitarium dici Augusti-
num: qui si uspiam seipsum forte monachū vocet (quod
ego quidem nuncq̄ legisse me memini) in ea solitarij sig-
nificantia interpretandum opinor. At nō inuenio: ubi &
cui nam Augustinus votum aliquod emiseric: Et si forsitan
contendat aliquis: eum ipsum in simpliciani aut alie-
rius cuiuscunq̄ manus vouisse: non fecit tamen votum
ullum nisi cristiane religionis. Sicut & infantes baptisan-
di per eorū organa: qui sese leuant: sathane se & eius pō-
pis renunciaturos pollicent. Et seculares sacerdotio inici-
andi: episcopo ad cuius parochiam ordinandi sunt: obe-
dientiam & consensum se spondent prestaturos. nec mo-
nachi tamen dicuntur. Et quamuis Augustinus intrede-
cim cōfessionū libris nihil prorsus d̄ monachatu suo me-
minerit: solitudinis tamen sue nō est oblitus: in octauical-
ce ita scribēs: Solitudo mihi ad negocium flendi: aptior
suggerebat: Quippe qui abscessit in ortū: vulsit capillū:
percussit frontem: confertis digitis amplexus est genu.
Neq̄ enim q̄ regulam quibusdā ordinibus prescripsisse
fertur ideo ex aliquo censendus est ordine fuisse: Nam &
fratres diui Dominici: & seruite. canonicq̄ regulares / &

alij nonnulli / ymmo plerq; sanctimonialis / Augu st in
 regulam & legem suscepisse se gloriantur. Cur non igit
 ex ordine quem predicatorum habent / Cur non seru ita: cur
 non regularis canonicus: addo (toci causa) cur non & moni
 alis fuisse contendatur: Et matheus apostolus quondam
 sanctimonialiu monasteriu instituisse legit / nec m oachus
 propterea fuit. Et primus wirttembergensiu dux e berhar
 dus / quondam sancte viuendi normam / a summo ponti
 fice confirmatam erexit: Monachus tamen non fuit: Non
 ergo consequens est Augustinus monachus fuit quonia
 monachos fecit aut instituit: quod si solide sequeretur:
 (ut aduersarius quispiam forte repugnando argumentari
 posset) & hec itidem cohererent: Ambrosius Augustinu
 ut ipse putat religiosum fecit / ergo Ambrosius religio
 sus hoc est monachus fuit: quod quide a veritate alienu
 est. si quide ab Imperatorio palacio discordes epi noui ele
 ctiores conciliaturus orator missus. diuino nutu proditus
 est dignus esse pontificatu. Ignoscant ergo mihi veneran
 di patres: quibus reuera nunq; mihi cordi fuit bilem aut
 stomachum mouere. Nec ipsis dedecori aut minori glo
 rie fore putau: nec eos succensere veritus sum: quod eos
 ab excelsis & illustri libere potestatis episcopo: in nullius
 puri hominis verba iurato vel professio: lege suam & vite
 tenorem scripsimus accepisse: profecto qui augustinum
 vero & sincero amore (amicitie inquam & non concupiscen
 tie) diligunt. quicq; ad dei laudem / prestantissimos eius li
 bros a multis lectum iri gaudent & optant / parum apud
 illos refert / monachus fuerit necne / dummodo ad cristia
 ne fidei exaltatione nobilissima eius scripta passim a plu
 rimis ammodo legantur / Cogitent qui Augustinu ama
 re se & colere simulant / ne cum monachum eum sui si
 milem pdicant / non id ad augustini decus & gloria: sed ad
 suam ipsoru laudem ne dicam liberate fecisse videant.

Dedo postremu ego / atq; subijcio nuchas presentes &

Conclusio

Summa sub
 iectio &
 ois spes. in
 Iuliu papa
 secundum

omnis alias ineptas meas lucubracionulas (potissimum
Apologiã pro republica cristiana) censure sanctissime se-
dis apostolice; illius semper nõ solum iudicio fidelissime
adhesurus; sed etiam cunctis iussis desiderantissime pari-
turus / sicut & duplici iureiurando astrictus sum / Q. si
me senem & multiplici aduersa valitudine fessum : quicũq;
venerãdi patres; aut deuoti cuiuscũq; ordinis fratres forsi-
tan persequi uolent; refugiam / ego supplex ad summum
principem & unicum ecclesie caput: omniumq; fidelium cle-
mentissimũ patrem ; atq; magnanimũ & constantissimũ
iusticie defensorem ; Iulium secundũ; In cuius potestate
salus & perditio mea sita est . Pro cuius salute & honore
amplificando omnes vires meas impẽder e paratus sum
ut sub excellentissime sanctitudinis sue paternis alis secu-
rus & intrepidus conquiescam.

Epistola elegantissima Johãnis

keyfersbergij de modo prædicandi dominicam passionẽ
& de nuditate Crucifixi. Argumentũ epistolę.

Dedicauerat quidam Salassa in dominica passio-
ne coram omni populo virginibus & matronis
satis inconsiderate inter alia quedã apocripha : cri-
stum ex omni parte nudum; in cruce pepẽdisse
quibusdã Ambrosij verbis Innixus / Alter pau-
lo post tam ineptum Salasse sermonem moderaturus / ra-
tionibus & testimonijs alio in loco contrarium persuasit
Salassa ille vocauit; alterũ in lus acerrime contra ipsam
actionem instituens : Et nihilominus postea mordacissi-
me in eum in cancellis inuexit; Ille vero patientiã amans
keyfersbergiũ per epistolam consuluit; qui prudẽtissime
& elegantissime in modum sequentem respondit.

Iohannes keyserbergius Amico. S. D. P.

Ambrosiū allegat / maneat ergo in limitibus eius quē
allegat: querat si inueniat ambrosiū unq̄ dixisse: chri-
stum femoralia in cruce nō habuisse. Et si inuenerit audas
ter dicat ad populum: Si etiam hoc: Ipsum Ambrosium
in publica contione legerit dixisse. Sed inquit fortasse sic
dixit / quia ab uniuersali ad particularē valeat cōsequētia
Fallitur plane: Multa. n. cum inuolutione & in genere lis
cet afferre sine scandalo. Quorū particulariū edictio ad
modum fieret scandalosa. Non licuit in veteri lege. Nisi
Inuoluta tabernaculi videre; nō euoluta: Dixit fateor am-
brosius: Eum in cruce pependisse: sicut eū natura pfudit
Dicat ergo sic & quiescat: Nunquid defecit ingeniū Am-
brosio: Vt nesciret euoluere hoc generale & femoralia &
pulpam & preputiū (dicam cum verecundia & venia) res
liquaq̄ recensere. Dicūt Doctores / omnes defectus xpm
assumpsisse / naturam cōsequentes. ut Tho. in tertia par-
te: Sed quero: Cur idem Doctor etiā nō asserat / dominū
urinam & cetera nature opera fœcisse: erubesco scribere /
quod nunq̄ meminī me legisse: Sed necessitas cogit. Et
nunquid hęc omnia sequunt̄ ex uniuersali illa: sequunt̄
utiq̄. Sed cur prudentior est ille supra illos: Vt quod illi
magni inuolutū esse voluerunt: Ipse euoluat. fateor. Ego
ipse predicauī verba ambrosij / sed in limitibus eius mansi:
si: & nunq̄ etiā pleno ore: sed medio & titubās submissis
us recitauī: multa latine dicta turpiter non sonant: Aliter
si theutonice: Dic vuluam: Omne qd aperit vuluam: &
nihil turpe dixisti. Dic theutonice ī cancellis & modestiā
excessisti / sicut dicūt de greca & latina lingua: si non erro
Quod si obiecerit aliquē ex nouis id ipsum fœcisse & ex-
plicatione / Respondeo eosdem nouos: sub eadem esse dam-
natione / Quia ab antiquis deuiarūt / Damnaui ego: illas
longas predicationes: de passione domini: fieri in parafce-
ue solitas. & id ex vanitate inanis glorie procul dubio or-

um habuisse asserui: quia quilibet alterum superare voluit / Primus ad horam predicauit: more antiquorum doctorum / Alius de alio conuenit duas predicauit / & sermonem longius protraxit / Indeque fuit forsitan laudatus / quo factum est / ut sequenti anno / primus non minus apparere uoluerit / & tres horas predicauit / Alter sequenti anno quatuor & ita factum est / ut ad hanc fatuitatem deuentum sit: ut viij. & ix. horas predicetur: Ita ut instar cuculorum alterutrum se vincere conarentur: Legant omnes contionatores Chrysostomum / Leonem / Gregorium. &c. si unquam reppererint sermonem / qui una hora recitari non possit. Hec pro tanto dico / quod nouorum predicatorum allegatio / parum apud me arguere videtur / Si Augustinus non credit antiquis nisi in quantum aut scriptura aut ratio conuincit: Quid dicemus de nouis? Et honori non defert / nisi scriptura canonicè / Puto / quia Gabriel in sua passione / aliquid de flagellatione sile allegat vel dicat de uncinis / Contra te est quod Gerson in Iosephina dicit / Imitans bonauenturam / in suo quod de Vita christi scripsit. Vbi narratur ea / non que facta sunt sed que fieri potuerunt. pro excitatione deuotionis / Pro te vero facit / quod deus non eget medijs nostris / quodque sermones passionales debent esse veri. Vide Gersonem in tractatu de passionibus circa finem (si bene memini) Item argumētum quod ex veteri lege profert de sacerdotibus: qui lineis uti sunt: in sacrificio / Ergo christus. Nescio si efficax sit. Vtebantur enim & tunicis / non tamen christus tunicatus fuit / Argumēta hec per locum a figura: nisi expressa sint a scriptura noue legis: & in paulo mysticante & christo & Stephano & petro in actibus Apostolorum: quantum cogat egeret disputatione / Puto non minorem fidem necessariam esse christiano / ad credendam hanc fuisse intentionem veteris legis / qualē habemus in actibus alijsque canonicis scripturis allegatā. Quam ad credendum deum / hominem factum caderet hic tota materia / de quatuor sensibus scripture:

De quibus in prima parte Tho. & quodlibetis ad longū
Carthusienses feminalibus non utuntur. Si innititur veris
bis Capistrani. Quero/an tantū veris/vel falsis? Si ut veris/
Videatur cui innitatur probatiōi Capistranus: & iuxta
probationis qualitatem procedatur. Non est tante aucto-
ritatis Capistranus quante Hieronimus: cuius tamē dicta
negantur aliquando/Poterat forsitan Capistranus habere
& ea tempestate in hoc sibi contradicentē / cū hoc pres-
dicaret sicut & Bernhardinus habuit de noīe Iesu/ quens-
dam notabilem doctorem. Quod secundo innititur his
qui Ambrosium allegant/Est simile argumētum contra
eosdem: quod contra eum superius positum est: Cur etiā
non illi Ambrosiū allegantes: in Ambrosij verbis manserunt/
Que in tali generalitate scandalosa nō erant. Vt quod
transierunt terminos / quos nō posuerunt patres eorū?
Nudus crucē ascendit/ & nudus erat Petrus in nauī: post
resurrectionem adnatans xpō: ibi Iyza dicit nudus/ nō
omnino. &c. Sic & hic posset dici / Si utiq; verbū verbo
reddere cogemur/ Dico cum Venia utriusq; / videtur
mihi/ qd foret hincinde cōpensandū / & res omnino per
theologicam facultatem sopienda. et transeūda per dissi-
mulationem. Non video tibi grande periculū imminere
nisi nō fauorabiles habueris iudices / Hec sunt que mihi
primo occurrūt aspectu/ suggerēte memoria/ absq; asser-
tione. Tu qui ingenio & peritiā polles: ipse melius q̄ ego
videre potes/ Ego tamē hec annotaui: ut tibi iuxta qd po-
tui/ nō quantū volui/ parerem/ malens imperitam meā
prodere/ q̄ amico non obsequi. Vale.

Habes i de directiōe cordis gerson. qd p̄ docto. modera-
te loquēdū est d' supstitiōis: poterit hoc ad p̄positū trahi
Opinatur cōtionator ille/ cum alijs quos imitatur / & al-
legat/ quibus credere non cogimur/ Opinaris tu contra-
rium/ Veniant ergo rationes in mediū / Res hec neq; ab
ecclesia/ Neq; a scriptura sanctorū patrum decisa est / Sin

ergo opinabilis / etiam si centū adduxerit doctores / sine
ratione loquentes / Ve autem nostris temporibus / qbus
siliquis opprimuntur veritates necessarie & morales. Va
le iterum ex Argentina extemporaliter.

Defensio 7 munimenta contra sa lasm de nuditate crucifixi.

Fudel quamuis ignominiosissima morte christum
affecerint / nihil tamen in eo patrare potuerunt nisi
quod ipse Christus vellet / aut permetteret in se cōs
mitti & fieri. Dicente Esaia. Oblatus est quia ipse voluit.
Sed Christus nihil permisit in se exerceri / quod esset con
tra decorū & honestum. Inhonestum autē & indecorum
fuiſſet / Christum vel coram matre virgine pudicissima /
& alijs virginibus atq; matronis / que stabant iuxta crucē
Iesu: genitalia sua sustinuisse videri. Et si pontius aut Cen
turio / Romanā honestatem (qua in scenā absq; subligac
culo nemo prodibat) in nostro saluatore nō obseruassent
tamen verisimile est / vel Nichodemū vel aliū deuotum
discipulū / exuto vestibus Iesu / genitalia tegmine aliquo
contexisse. Ne absq; subligaculo pendens / ab uniuersis
circūstantibus / saltem venerandis pudicissimisq; virgun
culis integerrimisq; matronis / ex omni parte nudus con
spiceretur. Si sanctū Franciscū a parentibus exutum sub
ligaculo & vili amictu cooperuit episcopus: Crediderim
eam pietatē & honestatē / ab aliquo vel romano vel ocul
to saltem discipulo / Circa Iesum fuisse impletam. Et nisi
hoc factum fuisset / Christus conformasset se in ara crucis
sacris priapi. in quibus pudenda / gentiles populo denu
dabant. Postmodū autē inductus est sacerdotibus femina
lium usus. Ad tegmē pudendorū ut habet Tho. in prima
secunde. Absit ut Christus viui & veri dei filius / in hoc
sūmo & saluberrimo sacrificio / in quo ipse fuit sacerdos
& sacrificium / Fuit ille qui offerebat / & ille cui offerebat

C ij

Augustino teste / nō abhorruisset a similitudine sacrificij
priapei. Possem hic adducere Lactantium antiquū theo-
logū . li. v. qui detestando inter cetera dicit : Quomodo
pudicitiam tuebuntur : qui colunt deam nudam & quasi
apud deos pstitutam? Quātā deuotionē suggereret me-
ditatio crucifixi etiā per pudenda denudati. Nouit pro-
be inclitus Ioannes Gerson / vir apud parisienses maxīe
auctoritatis; & reuera doctus; purus atq; deuotus & sum-
mus animarū zelator / & ad serenandas pacificandasq; cō-
scientias aptissimus doctor / Misereat illorum deus / qui
sue fame suisq; sanctissimis scriptis detrahunt. Is inquam
Gerson / in fine de exercitijs discretis; deuotorū simplicitū
Vbi etiā expresse femoralitū Christi mentionē facit / sa-
tis pensiculate recenset; cōpertum esse ex nimia nudi cor-
poris dominici consideratiōe; execrandas & blasphemias
cogitationes profluxisse. Idem Ioannes Gerson / multis
tam & miris apud Lugdunū claret miraculis / ut grauissis
mi viri referunt. Et lugdunē. ecclesie capitulū; ad reuerē-
dum p̄m Cristophorū Basiliē ep̄m; clarissime scripsit.
¶ Non aliter videtur sensisse diuus Augustinus in q̄rto
de doc. Christiana añ finem / ubi Noe a medio filio denu-
datum / & a maiore & minore contectū / typum dicit fuis-
isse future v̄itatis / & imaginē donice passiōis expressisse
Sic ergo Noe nudat? / & mox optus fuit. cur nō christus
a iudeis omnino forsitan denudatus / ab aliquo homine
honestatē amante / fuisset in ea corporis pre (de qua dispu-
tamus) pie & reuerēter cōtectus? ¶ Ambrosius dixit
cōtrariū. Ad ambrosium cum eius bona venia / dico q̄
auctoritas sua tm̄ pbat / quātū ratio cōuincit / Ambrosio
Hieronius obuiat / asseuerans eius scripta a falsarijs esse
deprauata. ¶ Et Augustinus videtur idipsum velle.
Atq; Gerson nobiscum consentit / Sed & deuotissimus
Bernhardus singularis cultor / & exactissimus deuotissis-
musq; explorator passiōis dnice. In cantico suo / sic loqu

tur ad Christū. O q̄ pauper. O q̄ nudus / qualis es in cruce
ludus / diuersorū iocus factus / sponte t̄m non coactus /
atritus membris oibus. Sanguis tuus habundāter; fusus
fluit incessanter; totus lotus in cruore; stans innotus in do
lore / precinctus vili tegmine. Quid q̄d & seraphicus ille
doctor Bonauētura / huic n̄re sententię astipulat / in libro
cui lignum vite nomē est; Ita dicēs in ca. Ihesus cruci clas
uatus. Ibiq; totus exutus / vili dumtaxat circumtectus ad
renes sudario. Neq; crediderim clerū aquensem septingē
tis iam fere annis errauisse / qui panniculū eum / quo chri
stus contactus fuit populo ostentat / & a Carolo magno
germano; cum alijs sanctissimis reliquijs; ad germaniam
& ad ciuitatē aquensem aduectus / perhibet. de quo ibidē
iam dudū / hec sequētia carmīa haud dubie / nō ab re neq;
falso / cōscripta fuisse & in p̄petuū lectū iri / certo constat.

J Carmina reliquiarū; a diuo Carolo mag. e terra sc̄ta
ad Aquasgrani allatarū. In latere Imaginis. S. marie.

A duena sistite pedem / locus hic tibi mira relatu
Christifere ostendet virginis indusum
Subligarem & pannum quo nostre membra salutis

In cruce carnigeri tecta fuere dei
Panniculi & quibus est puer ad presepe volutus
Factus & immunis frigoris omnipotens

Adde etiam pannum baptiste morte sacratum
Septenni spatio hec cernere quisq; potest
Carolus a grecis nostram huc aduexit ad urbem
Hoc posuitq; loco / laus tibi summe deus

Et Rabanus / de laudibus sancte Crucis.
Veste quidem parua hic tegitur qui continetastra
Atq; solum palmo claudit ubiq; suo.

J Ia. V. S. ad x̄pm p̄ remissioē peccatorū ōo elegiaca.
Christe dei patris non enarrabile verbum.

Perpetua genitus qui deitate cluis. id est splendes
Humanum misere ne prorsus plasma perirer.

C iij

Ne moriens stigtas ingrederetur aquas
E celo penetras benedicte virginis aluum.
Nasceris ablueris sacraque verba doces
Das egris placidam mira virtute salutem
Nec de dignaris tristitia multa pati.
Dira crucis tandem pro me tormenta subisti
Prebens tortori corpora tota fero
Quicquid inhorribiles poterat confingere penas
Manfue te passus more bidentis etas
Vt me de stygia posses saluare palude
Inque paterna mihi regna pateret iter
Tantus amor, pietasque ingens, dilectio tanta,
Excitat a firmo pectore christe meo?
An ne mea labi poterunt hinc mente dolores
Lancea crux clauis, sputa, flagella, vepres?
Absit ut ingratus tanto bone christe labori
Non videar lacrimas fundere sepe meas
Absit ut in veteris recidam vestigia vite
Absit ut has spinas, vinclaque semper amem.
Multa quidem feci que me fecisse rubesco.
Et totiens animam comaculasse pudet
Heu pudet in vicium quoduis ignauiter isse
Heu mihi cur preceps in mala quecumq; ruis.
Nam nisi firma tue mihi spes esset pietatis
Exanimis ratio victa timore cadat.
At tu dixisti o verax sapientia patris.
Prauorum mortem displicuisse tibi.
Verum malle suam quemuis reparare salutem
Contritumque animum te neque respuere
Nunc ego peccator vitiorum pondere pressus.
Accelerans placidam (te rogo) confer opem.
Quo non est maior toto peccator in orbe
Non tamen abieci spemque fidemque meam
Da veniam misero, cor dilue, crimina tolle

Aspergar christi sanguine, mundus ero.
Tende manum tremulo, presens sit dextra petenti.

Vltro qui cecidi, te peto sponte leua.
Suscipe me profugum, vertentem terga require
Denuo fac, portem militis arma tui

Iam mecum statui, iam iam libet, & mea mens est

Que tibi displiceant abstinuisse deus
Tu modo presidium, dux princeps, & pater assis

Et tua sit mecum gratia summe Iesu

Redde mihi vires, pugnare viriliter opto

In bellum spretis hostibus ire libet.

Corpore dum tenero mens immortalis abibit

Morsq; volet sensus eripuisse meos.

Sis precor o Iesu ductor, fidusq; patronus

Tecq; auctore meus spiritus astra petat.

Hec Epistola cōplectit̃ in se epithoma li. de Integ;

Ignotus amicus emulo wijmpfelingi Caritatē optat.
E mule cur scribis libellū wijmpfelingi de integritate cū
suo auctore flāmis egere, quidnam in isto libro mali est?
Inducit ille primum teneros adolescentes ad castitatem;
multa dans remedia contra libidinē. Veluti senex & ex-
pertus, Paterno affectu: An tu castitatē odis? propter q̃
perpetuo (post adeptum etiam sacerdotium) cōseruandā
ad castum ordinem, ad castos patres, castus aduc puer in-
traisti; barbatus em̃ vix intrares. Suadet deinde secundā
integritatem qua vir verax sit & nō versipellis; An tu hāc
integritatis virtutem odio habes; Hortatur demum ad sa-
crarum studia litterarū: ex quinq; & quadraginta locis.
An tu sacras litteras: Christi q; legem spernis? Nonne cri-
stianus es; inter hec sincere scribit monachum non fuisse
Augustinū; nihil hoc adimit virtuti aut doctrine tue: nec
detrahit quicquā glorię ipsius augustini; qui teste petrar-
cha, ecclesie sol est, siquidē neq; gloriosissimus christus
monachus fuit. Dicit se in eodem libello wympfelingus

diligere, omnes bonos & honestos religioſos. Si bonus
es, ab illo diligeris; nec te ipsum ex eorū cetu esse prodas,
quorum ille mores se scripsit probare non posse. Verū
iam libellus suus de integritate; in linguam germanicam
propediem imprimendus, ut cognoscat lenatus populus
& Argentinenſis si tu iuste illum cum auctore suo, vulca
no dignum scripseris; Si & ceteri tui similes merito ppter
hunc utilissimū libellum/ Iacobum odiant; probris affici
ant, & de eo male loquantur/ Desine mi frater, Desinant
& sedecim alij de quibus dixisti laceſſere Iacobum, Ha
bebit enim ille multos (ne dubita) defensores/ Memēto
vos non in statu detractioſis exercende, sed perfectionis
acq uirende cōstitutos esse/ Memēto apud Augustini
mensam hoc suum disthycon scriptum fuisse.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam

Hanc mensam inspidam nouerit esse sibi

Memores estote sententie gregoriane vera iusticia com
passionē habet; falsa dedignationē; addo & detractioē.
Si quid in illum inuehere; aut similem Georgio zingel sa
cere cacademō vobis suggererit/ resistite malicie sue pen
siculantes prius verba Ciceronis, Sepe vidi grauius offen
dere aīos auditorū, eos q̄ aliena flagicia dixere, q̄ eos qui
cōmiserit/ Tā & si wymp, (qui cū multis annis familiarissi
me vixi) nihil in humanū deprehēderim unq̄ admisisse.
In eum qui scripsit libellum de integritate cū auctore suo
flamma egere magis q̄ censore hexastichon phileſy, V.
Inclyte monstraris hoc Augustine libello

Non de mendicis certo fuisse viris

Arma paraturum cernet maiora Iacobum

Liuidani rabidus comprimet ora canis

Seminet atra licet per cunctas murmura gentes

Ponam/ si quid sit Bardocuculla sciat

Finis



bonis
rodas.
Verū
nicam
pulus
vulca
ppter
fici
finant
Ha
ērote
ionis
ustini

roms
nē.
gel fa
pen
fren
qui
ariffi
fisse.
e suo
. V.



213 4752

